

gularibus, ne Campanas pro funeribus pulsent, sine licentia ipsius Episcopi; Sac. Congreg. Episc. et Regul., 2 Februarii 1601.

(30. Servanda est pia consuetudo pulsandi Campanam aliquot ictibus tam de sero, quam de mane, quando dicendum est Officium Defunctorum; Sac. Congr. Episc. et Regul., 21 Augusti 1607.

(31. Quoad mercedem Campanæ, quæ pulsatur occasione funerum, servanda est consuetudo; Sac. Congr. Episc. et Regul., 1 Maii 1617 et 28 Maii 1638.

(32. Est abusus non tolerandus, quod Campana aliqua pro solis nobilibus pulsari reservetur, sed pulsari debet pro quibuscunque petierint; Sac. Congr. Episc. et Regul. 19 Junii 1583.

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(33. Cuinam primus usus Campanarum tribuendus sit, non conveniunt inter se scriptores; vide contrarias inter se opiniones apud Benedictum XIV, Instit. Eccles. 20, n. 2 et dub. 6 et sequent. « Illud (ait Pontifex Opt. Max. n. 1) solum diei potest, tinnabula ante sæculum sextum ab Ecclesia Occidentali usu recepta fuisse, cum ex vita S. Columani Abbatis, quæ sæculo sexto exarata fuit, ac postea a P. Mabillonio in lucem edita, deprehendatur, ipsum sub mediam noctem pulsante Campana ad templum se contulisse, cæterosque Monachos somno excitatos ad templum pariter convenisse. »

(34. De disciplina pariter, ob quam majori Hebdomada Campanarum pulsatio interdicitur, non una scriptorum opinio; vide enim Benedictum XIV, Instit. Eccles., num. 6 et seq., ubi et qua norma sonitus Campanarum repetatur.

(35. Quod si in aliquo loco nec Cathedralis habeatur, nec Matrix Ecclesia, Ecclesia magis digna Campanas prior pulsare debet Sabbato majoris Hebdomadæ; idem Pontifex, n. 9.

(36. Tametsi duæ Ecclesiæ pari inter se dignitate veteri pactione statuerint, ut Sab-

#### CANCELLARIA.

##### SUMMARIUM.

1. Cancellariæ Apostolicæ Collegium ex 72 Officialibus constans stabilivit Sixtus IV. Constit. incip. *Divina*. — 2. Dicuntur Abbreviatores; aliqui sunt Præsidentes de Parco majori, et sunt 22. Alii 22 de Parco minori; alii examinant Litteras; et iis Officialibus competit Litteras signare; qualitates eorum, ut assumantur; quomodo dividendæ inter eos supplicationes. Quid pro labore accipere possint. A quo conficiendæ minutæ. Possunt officia resignare, vel libere, vel in favorem alterius; Litteræ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ; non possunt expedire Litteras non signatas a vicecancellario; signatas possunt acceptare et disponere. — 3. Vicecancellario subduntur, et in hos ampla est potestas vicecancellarii. — 4. Cancellariæ Apostolicæ Regulæ observandæ pro expeditionibus Litterarum reformatæ et præ-

(1) Et apud cl. Paciandium in dissertatione Italica epistolari de duabus Campanis antiq̃æ apud Capuanos Ecclesiæ S. Joannis, quibus hæc carmina insculpta sunt:

bato majoris Hebdomadæ alternis vicibus prima Campanas pulsaret, alterutra earum in Collegiata erecta, ipsa pactione abrogata prior Campanas pulsare debet Sabbato majoris Hebdomadæ; mox laudatus Pontifex, ibi, n. 11.

(37. Vide et alia de Campanis apud eundem Pontificem, Instit. Eccles. 61, n. 4 (1).

#### ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(38. Jam a sexto sæculo constat ex ordine Romano, Campanas in Ecclesia in usu esse cepisse. (39. Motivum promovendi Officium sive Missam Parochialem constitutum, ut Ecclesia Parochialis plures, easque majores Campanas habeat, quarum pulsus populus ad officium convocetur. (40. Sanctus Carolus optavit, ut in omnibus Ecclesiis Parochialibus ad minus duæ Campanæ haberentur, eaque distincto soni contentu inter se recte consentientes, pro varia divinatorum officiorum, quæ fiunt, ratione et significatione. (41. Campanas certis horis diei ac noctis pulsandas consuetudine introductum est. Primo, tempore Sacrificii Missæ et Horarum Canonicarum; secundo, cum elevatur Hostia in Missa solemnem; item cum Viaticum, seu Corpus Domini ad infirmos defertur; hora meridiana, item vespere hora salutationis Angelicæ; in receptione Episcoporum et etiam Abbatum jura Episcopalia habentium, necnon Principum secularium, item ad fugandas tempestates, et in obitu defunctorum. (42. In die etiam anniversaria nequaquam recens est, quod Campanæ sero et mane ante officium diu pulsentur. (43. Refert Ordericus Vitalis, lib. III Historiæ, Osbernium Abbatem Uticensis hujus ritus Auctorem fuisse. (44. Consuetudine passim receptum est, quod Decimatores, sive alii, quibus onus reparationis incumbit, quive suppeditare tenentur necessaria ornamenta pro celebratione Divini officii, teneantur quoque ad unius saltem Campanæ restorationem et intertentionem, quam *Bannalem* vulgo appellant. De quo vide Peckium et Brodæum in notis ad Lovetium, Lit. R., num. 50.

scriptæ sunt a variis Summis Pontificibus, et novissime a Clemente XI, Constitutione incipiente *Sanctissimus*, per septuaginta duo capita. — 5. Cancellariæ regulæ sunt certæ Constitutiones Apostolicæ, quas singuli Pontifices a principio sui regiminis circa causas beneficiale et judiciales facere, vel a Prædecessoribus suis jam factas renovare, augere, vel minuire consueverunt. — 6. Et solent esse septuaginta duæ. — 7. Cancellariæ episcopalis exercitium non debet vendi neque locari. — 8. Sed debet exerceri per proprios Episcopi Ministros, statuta provisione absque ulla participatione emolumentorum. — 9. Emolumenta Cancellariæ debent sufficere pro solo Notario. — 10. Sacra Congregatio aliquando concessit Ordinario uti emolumentis Cancellariæ pro solvenda Pensione. — 11. Vel pro suis necessitatibus. — 12. In Cancellariis Episcopalibus servanda est

Nos fecit Petrus Capuæ, quem dico priorem, Ad summi Patris, et ad hospitalis honorem.  
(Ed. PARR.)

taxa Innocentiana. — 13. In ipsa taxa Innocentiana inter alia habetur, quod nihil, neque sub specie doni gratuiti recipi possit pro licentiis, seu Patentalibus concionandi, sive in Quadragesima, sive in Adventu sive in omnibus aliis temporibus, et pro quibuslibet locis. — 14. Cancellarius Episcopi nihil accipere potest, nec ratione Scripturæ, neque sigilli, neque laboris, aut alio titulo, sed gratis quorum interest, debet præstare hæc omnia, videlicet: approbationes ad audiendas Confessiones, licentiam administrandi Sacramenta, licentiam deserviendi beneficiis, licentiam sepeliendi defunctorum corpora in Ecclesia, licentiam celebrandi missam, licentiam colligendi elemosynas, mandata publicandi in Ecclesiis eos qui primam Tonsuram, vel Minores, vel Sacros Ordines suscipere voluerint. — 15. Quoad alia vero, quæ sequuntur, poterit aliquid percipere, si nullum sibi salarium vel stipendium constitutum fuerit, tuncque congruam tantum sui laboris mercedem, quæ quoad litteras collationis, vel institutionis Curatarum Ecclesiarum, vel deputationis Vicariorum in illis unum aureum, et quoad Litteras dimissoriales et Testimoniales, decimum unius auri nunquam excedat. — 16. Cancellarius Episcopi pro mercede copiose processuum, seu actorum servare debet taxam pluries a S. Congregatione Episcoporum approbatam; ad n. 17. — 18. Cancellarius in exigendis emolumentis debet servare Taxam Innocentianam in illis, in quibus ipsa Taxa disponit; in reliquis vero vel Metropolitanam vel propriam Diocesis; dummodo non sit rigilior, et contra Decreta Sac. Congregationis. — 19. Cancellarius enim sive Notarius non potest exigere, nisi mercedem taxatam a lege, et si aliquid citra recipiat, peccat, et tenetur ad restitutionem. — 20. Scripturæ, et instrumenta quæ conficiuntur et rogantur a Cancellario Episcopi, tanquam Cancellario, servari debent in Episcopi Cancellaria, non autem transferri debent ad Archivium Communitatis. — 21. Quinimo potest episcopus per Edictum præceptum facere aliis Notariis, quod exhibere debeant in Cancellaria Episcopali Acta, seu Rogitus, illorumque exemplaria spectantia ad Monasteria Monialium. — 22. Cancellarius Episcopi, etiamsi sit Laicus, gaudet privilegio Fori et exemptione ab oneribus personalibus, præsertim sordidis.

(1. Cancellariæ Apostolicæ (1) Collegium ex 72 Officialibus constans, stabilivit Sixtus IV, Constit. 16, incip. *Divina* (2). Dicuntur Abbreviatores, *ibidem*. (2. Aliqui sunt Præsidentes de Parco majori, et sunt 22. Alii 22 de Parco minori (3); alii examinant Litteras, et iis Officialibus competit Litteras signare. Qualitates eorum, ut assumantur; *ibid.* Quomodo dividendæ inter eos supplicationes,

(1) « Cancellaria, inquit Budæus ad Pandectas, usurpata pro loco, ubi publicæ litteræ a scribis Principum, et Magistratum conficiuntur. Hinc Cancellarius dicitur, cujus hæc primæ sunt partes videre, ut nulla Principis constitutio, nulla sanctio, nullum rescriptum, nulli codicilli Regii, non e Republicæ, atque etiam e dignitate Reipublicæ, principisque exeant. » Sed verius hoc nomine appellatur, quod rescripta, diplomata, et privilegia, antiquam sigillo munitur, cancellare solet, id est transversis lineis, veluti cancellis, expungere, et illi *L. Cancellaverat. ff. de bis, quæ Testam. delent, et L. Chirographum ff. de Probat.* Quo illud spectat Polyeratis in initio libri:

Hic est, qui leges regni cancellat iniquas,  
Et mandata pii principis æqua facit.

Plura de Cancellariis apud varias gentes, invenies apud Thomassinum T. I, lib. 2, cap. 104, et sequent. (Ed. PARR.)

(2) Abbreviatorum Collegium primus instituit Pius FERRAR. II.

— 25. Quamvis extra Diocesium delinquat, adhuc gaudet privilegio Fori. — 24. Intelligit tamen, dummodo tempore carcerationis actualiter inserviat. — 25. Hinc Cancellarius Episcopi, et alii de ejus Familia sine Episcopi licentia non sunt molestandi pro custodia portæ civitatis. — 26. Cancellarius Curie et mensæ Episcopalis, qui non vivit expensis Episcopi, seu non est ejus commensalis, gaudet quidem privilegio fori et exemptione a personalibus, sed non ab oneribus realibus et mixtis, nisi concurrat legitima consuetudo ad ejus favorem. — 27. Cancellarius Foraneus Archiepiscopi gaudet privilegio Fori. — 28. Idem decretum fuit de Cancellario Abbatis. — 29. Cancellarius Foraneus Curie Episcopalis admittendus est ad Magistratum secularum, ne libertas Ecclesiastica præjudicetur, ita tamen ut quoad pertinentia ad Officium Magistratus, non gaudet privilegio Fori. — 30. Cancellarius Vicarii Foranei gaudet tantum privilegio Fori. — 31. Cancellarius S. Officii censuratus ob recognitionem cadaveris factam in loco immuni, cassata dicta recognitione, absolvitur. — 32. Cancellarius, et alii Officialis Curie Laicalis facientes recognitionem corporis cadaveris præcipitati in puteo Cortilis contigui habitationi Vicarii Generalis, non incidunt in Excommunicationem, attento, quod Vicarius dixerit talem recognitionem non spectare ad ipsum, sed ad Curiam Laicalem. — 33. Cancellaria Apostolica an et quomodo possit supplere in Litteris Apostolicis id quod est omissum in supplicatione *Remissive*. — 34. In quibus Cancellaria Apostolica possit Litteras Apostolicas corrigere. *Remissive*. — 35. Cancellariæ nomen unde veniat. — 36. Quis Cancellarius dictus sit. — 37. In Ecclesiis quoque Cathedralibus jampridem munus Cancellarii fuit. — 38. Cancellaria quo sensu accipiatur in Jure Canonico. — 39. Cancellarius apud Veteres accipiebatur pro Notario, in novo tamen Jure frequenter pro dignitate Ecclesiastica. — 40-45. Quando Cancellarii munus ad eam pervenerit eminentiam et prerogativam, in qua hodie in Romana Curia conspiciuntur. — 44. Cancellarius quando dici coeperit Vicecancellarius. — 45. Vicecancellarius habet fixum titulum Cardinalitium. — 46. Negotia, quæ per manus Vicecancellarii transeant. — 47-52. Vicecancellarii Officialis. — 53-61. De Regulis Cancellariæ.

quid pro labore accipere possint, a quo conficiendæ minutæ; possunt officia resignare, vel libere, vel in favorem alterius; Litteræ Apostolicæ pro eis gratis expediendæ; non possunt expedire Litteras non signatas a Vicecancellario; signatas possunt acceptare, et disponere, *ibidem*. (3. Vicecancellario subduntur, et in hos ampla est potestas Vicecancellarii (4), *ibid.* (4. Cancellariæ Apo-

II. Paulus II, in ordinem redegit, de quo Platina irreverenter, nec satis vere queritur in ejus vita; Sixtus vero IV restituit 1478. Constit. ut hic dicitur *Divina*. Paulus V, qui et ipse in minoribus constitutus Abbreviatoris munere functus fuerat, multa huic Collegio privilegia contulit An. 1615. Constituit. *Romani Pontifices*; qua de re vide Corradum in Praxi disp., lib. II, cap. 8 et lib. IV, c. 6. De his quoque optime meritis est Benedictus XIV, edita die 10. Sept. 1740, Constitutione: *Maximo*. (ED. PARR.)

(3) *De Parco* dicuntur a loco, in quo sedent, quo tempore munus suum exercent. (ED. PARR.)  
(4) Olim quos nunc *Vicecancellarios* dicimus, S. R. E. Bibliothecarii passim vocabantur. *Cancellarii* quoque appellabantur. Bernardus a Mallinckrot refert de Archicancell. lib. II, cap. 5, reperisse se apud Lindembrogium inter privilegia Hamburgensia Leonis IV, qui an. 847 Thronum conscendit, litteras *datas per manum Stephani Cancellarii S. R. E.* In Bullario tamen Romano prima, quæ a Cancellario

tolice regulæ observandæ pro expeditionibus Litterarum reformatæ, et præscriptæ sunt a variis Summis Pontificibus, et novissime a Clemente XI, in Constitutione incip. *Sanctissimus*, per septuaginta duo capita. (5. Cancellariæ Regulæ sunt certæ Constitutiones Apostolicæ, quas singuli Pontifices a principio sui regiminis circa causas beneficentiales, et judiciales facere, vel a Prædecessoribus suis jam factas renovare, augere, vel minuere consueverunt. (6. Et solent esse septuaginta duæ, ut ad earum numerum reduxit Clemens XI, in dict. Constitut. incip. *Sanctissimus* facta et publicata a. 1700, mens. Decemb. anno primo sui Pontificatus (1).

(7. Cancellariæ Episcopalis exercitium non debet vendi, neque locari; Sac. Congr. Episcop. et Regul. in Hostunen. 3 Sept. 1677; in Aversan. 3 Febr. 1593, Jan. 1594; in Recinaten. 10, in Hydruntin. 22. Januarii 1601, in Guardien. 23 Decembr. 1603. (8. Sed debet exerceri per proprios Episcopi Ministros, statuta provisione absque ulla participatione emolumentorum; quia sic subditi certiores erunt, se non gravari exactionibus indebitis, et pauperes consequendi majores, ac uberior gratias, quam Affictuarii facere velent, vel possent. Sic de mente Clementis VIII Sac. Congr. Episcop. et Regul. in Neapolitana, 26 Augusti 1592, ut patet ex Litteris hac de re scriptis ad Archiepiscopum Neapolitanum præcisus his verbis: « La Santità di Nostro Signore col parere di questi miei Illustrissimi Signori della Sagra Congregazione sopra i Vescovi ha risoluto, che i Prelati non abbiano ad affittare le Cancellarie de' loro Tribunali, ma quelle devono far esercitare da Ministri propri da essi provisionati, senza dar loro partecipazione alcuna delli emolumenti, e proventi di essa; confidandosi che con questo i Popoli abbiano a rimanere più sicuri da esazioni indebite, e i poveri da conseguir più grazie di quelle, che ponno far loro gli stessi Affittuari. E acciocchè sia lecito ad ognuno vedere, che non sia loro fatto

subscripta sit, Bulla Anastasii IV, est Hospitali, et Religioni S. Joannis Hierosolymit. ann. 1154, concessa per manum Rotandi S. R. E. Cardinalis et Cancellarii. Neque antiquiore ævo ignoti fuere in Romana Ecclesia Vicecancellarii. Nam apud Ughellium Tom. I Ital. Sacr., col. 55, ad ann. 805 Vicecancellarius occurrit. A Gregorio VIII, qui sub Urbano III. Cancellarius fuerat, ad Honorium III, ii qui Apostolicæ Cancellariæ præerant, *Vicem agentes Cancellarii* sese inscribebant. Honorio Pontifice *Vicecancellarii* nomen usurpatum fuit, obtinuitque etiam posteaquam Bonifacius VIII, ad Cardinales amplissimum hoc munus revocavit. Mira sunt, quæ nonnulli comminiscuntur, ut causam afferant, cur *Vicecancellarii* non *Cancellarii* nomine, Cardinales designentur. Sed nihil hic aut mysterii latet, aut status inferioris; sed quemadmodum dicitur Datarius, aut Thesaurarius, cum his officiis fungitur Prælati, vel Clericus, Cardinali inferior dignitate; cum autem per Cardinalem administrantur, dicitur is Prodaturius, Prothesaurarius; ita cum Cancellariæ Præfectura Cardinalibus attribui cœpit, hi *Vicecancellarii* aptissime vocati sunt; nec dubitaverim quin si quando eorum dignitas Prælati obveniret, hi *Cancellarii* dicerentur. Vide de Romanæ Ecclesiæ Cancellariis et Vicecancellariis,

aggravio, vuole anche Sua Beatitudine, che ciascun Tribunale abbia la sua Pandetta, e tassa delle mercedi degli Officiali, stesa, ed attaccata in pubblico nella stanza della residenza de' Notari, di maniera che colui, che tratta nel Tribunale, possa a sua posta chiarirsi di quanto dee pagare, di che ora do avviso a V. S. d'ordine della Santità Sua, affinché ella per quel che a lei tocca, così eseguisca; e per sue Lettere comandi a tutti i suoi suffraganei di commissione di Sua Beatitudine; contro a' negligenti si mandera Commessario con spesa, e poca loro riputazione; et se paresse ad alcuno essergli ciò dannoso, abbia pazienza, perchè il guadagno consiste solo nel servizio di Dio, et nella salute, e buona soddisfazione dei Popoli. Di Roma 26 Agosto 1592. Sic ad litteram refert Fagnan. in cap. *Quoniam*, 2, *Ne Prælati vices suas*, n. 24; Pignatell. tom. VII, consult. 11, n. 14.

(9. Emolumenta Cancellariæ debent sufficere pro solo Notario; Sac. Congr. Episcop. et Regul. in Senogallien. 16 Octobris 1613. (10. Sacra Congregatio aliquando concessit Ordinario uti emolumentis Cancellariæ pro solvenda Pensione; Sac. Congregat. Episcop. et Regul. in Beneventana, 25 Janv. 1646. (11. Vel pro suis necessitatibus; Sac. Congr. Episcop. et Regul. in Tranent. 31 Maii 1647, 8 Maii 1649, 9 Feb. 1650. (12. In Cancellariis Episcopalibus servanda est taxa Innocentiana, ex decretis, ut infra: « Die prima Octobris 1678, facta per me infrascriptum istarum resolutionum, seu declarationum relatione, Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XI mediante, illarum lectura verbo ad verbum, Sanctitas Sua laudavit, approbavit, ac servari mandavit; earumque observantiam, et publicationem injunxit Sac. Congr. Concilii Joannes Baptista de Luca præfati Sanctissimi Domini Nostri Innocentii Papæ XI Auditor, et Secretarius Memorialium, die 8 Octobr. 1679. Sac. Congr. Eminentiss. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini In-

itemque de Abbreviatoribus, cæterisque qui Cardinali Vicecancellario subsunt; Cardin. de Luca in Relat. Cur. Rom. disc. 10; Lunadorum in opere prænotato: *Lo stato presente, o sia relazione della Corte di Roma*, Part. II novæ Rom. edit. 1774, cap. 24; Comesium ad Reg. Cancell.; Ghællium de Cardin., et P. Humoldum Plettenbergium in notitia Congregationum et Tribunalium Curie Romanæ c. 10; Van-Espeinium Jur. univ. P. I, tit. 25, cap. 4; Ciampinium de S. R. E. Vicecancellariis, ut omitam e Protestantibus Ægidium Strauch in Amœnitatibus Juris Canonici ecloga II, c. 17. Unum addo, assignatum esse Vicecancellario Titulum, et insignem Ecclesiam SS. Laurentii, et Damasi a Clemente VII, Constit. 54. *Etsi ad singula*: cui amplum et plane regium adjunctum est palatium, in quo Officiales Cancellariæ Apostolicæ ter per hebdomadam, diebus scilicet Martis, Jovis, et Sabbati convenire solent. Si vera sunt, quæ apud Thomasium Cardinalem tom. VII, p. 28, narrantur in MS. chronico de Summis Pontificibus Romanorum, auctore Fr. Joanne Rufo, jam ante Sergium III, a Joanne, ut videtur, IX, in Lateranis adificata jam fuerat Cancellaria. (EDIT. BARBIELL.)

(1) De Regulis hisce Cancellariæ vide dicta T. I, v. *Beneficium*, art. 9 et 10. (EDIT. BARBIELL.)

terpretum, inhærendo mandatis Sanctitatis Suae censuit præmissam taxam; seu declarationes typis dandas esse, et per litteras circulares ad quoscumque locorum Ordinarios transmittendas, ut eas in Cancellaria in loco omnibus patienti retineri faciant, easdemque adamussim observent, ac faciant observari. » (13. Ipsa autem Taxa Innocentiana refertur per extensum a Pignatello t. VIII, consult. 11, in fine, et a nobis verb. *Taxa Innocentiana*, in qua inter alia habetur, quod nihil, neque sub specie domi gratuiti, recipi possit pro licentiis, seu Patentibus concionandi, sive in Quadragesima, sive in Adventu, sive in omnibus aliis temporibus, et pro quibuslibet locis.

(14. Cancellarius Episcopi nihil accipere potest nec ratione scripturæ, neque sigilli, neque laboris, aut alio titulo, sed gratis his, quorum interest, debet præstare hæc omnia, videlicet: « Approbationes ad audiendas Confessiones, licentiam administrandi Sacramenta, licentiam deserviendi Beneficiis, licentiam sepeliendi Defunctorum corpora in Ecclesia, licentiam colligendi eleemosynas, mandata publicandi in Ecclesiis eos qui primam Tonsuram, vel Minores, ac Sacros Ordines suscipere voluerint. » (15. Quoad alia vero quæ sequuntur, poterit aliquid percipere, si nullum sibi salarium, vel stipendium constitutum fuerit; tuncque congruam tantum sui laboris mercedem, quæ quoad Litteras collationis, vel institutionis Curatarum Ecclesiarum, vel deputationis Vicariorum in illis unum aureum, et quoad Litteras Dimissoriales, et Testimoniales decimam unius aurei nunquam excedat. « Pro Litteris Collationum, Institutionum, seu Provisionum Beneficiorum vacantium per obitum vel per resignationem, etiam ex causa permutationis, vel alia; pro litteris dimissorialibus, seu Testimonialibus, quæ conceduntur Presbyteris, seu Clericis ad alias Dioceses transituris; pro litteris recipiendi Ordines ab aliis Episcopis; pro licentia ordinandi se ad titulum Patrimonii, seu pro approbationibus hujusmodi titulorum; pro licentia absentandi se ab Ecclesia, seu Beneficiis; pro licentia erigendi Cappellas; pro litteris approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in mensibus reservatis, quæ ad Sedem Apostolicam transmittuntur; pro approbatione Jurispatronatus ex fundatione, vel dotatione; pro creationibus Vicariorum in Parochialibus: pro deputationibus Oeconomorum, dum Beneficia vacant; pro executionibus Litterarum Apostolicarum Gratiam, seu Justitiam concernentium; » Sac. Congr. Concilii in Vicent. 8 Maii 1602. Sic præcise refert, et tenet Barbosa Collectan. in Trident., sess. 21, cap. 1 de Reformat., num. 14 et 15; et Collectan. Apostolic. decis. verb. *Cancellarius*, numer. 7 et de Offic. et potest. Episc. p. III, allegat. 107, num. 28 et 29. Vide tamen verb. *Taxa Innocentiana*.

(16. Cancellarius Episcopi pro mercede copiarum Processuum, sive Actorum servare debet Taxam plurium a Sacra Congregatione Episcop. approbatam et præsertim in Lirinen. 7 Julii 1690, in qua recurrente Domi-

nico Sorella fuit Episcopo injunctum: « Che pagandosi dal medesimo la mercede al Cancelliere alla ragione di bajocchi due, e mezzo per qualsivoglia facciata di carta di venti versi, continenti venti lettere per ciascun verso, transmetto all' EE. Loro copia autentica de' predetti Atti. » (17. Et in Savonen., 4 Sept. 1693, recurrentibus Cappellanis, et Sacerdotibus Burgi Finalis, proponente clar. mem. Cardinal. Petrucci, fuit rescriptum: *Ad mentem Eminentissimi Ponentis*. Et mens fuit, quod nomine Congregationis injungeret Ordinario transmissionem Actorum soluta mercede juxta supradictam Taxam, prout mandavit transmitti, Decreto sequenti: « Cancellarius, et alii Actuarii, seu Officiales, et Ministri Curie Episcopalis Savonen. soluta ipsis per Oratores mercede ad rationem medii Julii Romani pro qualibet integra charta, cujus unaqueque pagina constet saltem 10 lineis, quarum unaqueque contineat saltem 20 litteras, ita ut integra charta habeat 40 lineas juxta mentem Sacre Congregationis, integram copiam Processus, et omnium Actorum prædictis Oratoribus tradant, et consignent, etc. » Datum Romæ 9 Septembr. 1692. P. M. Cardinalis Petrucci Ponens. (18. Cancellarius in exigendis emolumentis debet servare Taxam Innocentianam in illis, in quibus ipsa Taxa disponit. In reliquis vero, vel Metropolitanam, vel propriam Diocesis, dummodo non sit rigidior, et contra Decreta Sacre Congregationis, ut responsum fuit a Sacra Congregatione Episcop. in Thelesina, 19 Aprilis 1697. (19. Cancellarius enim, sive Notarius non potest exigere, nisi mercedem taxatam a Lege, et si aliquid ultra recipit, peccat, et tenetur ad restitutionem, ut pluribus allegatis firmat Passerinus in cap. *Statutum*, § *Notarium*, num. 321 et 322, de Rescriptis, in 6, ubi hunc Notarii excessum appellat crimen concessionis, seu extorsionis, et sequitur Monacell. tom. I, tit. I, form. 5, num. 9, et alii passim.

(20. Scripturæ, et Instrumenta, quæ conficiuntur, et rogantur a Cancellario Episcopi, tanquam Cancellario, servari debent in Episcopi Cancellaria, non autem transferri debent ad Archivium Communitatis; Sac. Congr. Concilii in una Civitatis Castelli, 19 Septembr. 1625, ut constat ex sequenti attestatione ad litteram relata a Pignatello, tom. IV, consult. 210, num. 3. « Nos Scipio S. R. E. Presbyter Cardinalis Sanctæ Susannæ fidem facimus, et attestamus in regesto Litterarum Sacre Congregationis Concilii extare Litteras ad Vicarium Perusinum una cum libello infrascripti tenoris, videlicet: Admodum R. D. Cum actum esset in Sacra Congregatione Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum de asservatione Scripturarum Fori Episcopalis Civitatis Castelli inter Episcopum et communitatem ejus Civitatis Sacra Congregatio auditis partibus censuit scripturas omnes rogatas a Cancellario Episcopali, tanquam illius Curie Cancellario, esse asservandas, et custodiendas in Cancellaria ipsius Episcopi, et ne ejusmodi scripturarum separatione oriatur

controversiæ, et scandala, tibi, quod facimus, committendum duxit, ut illic te transferas, et scripturas in folio his Litteris adjuncto exaratas, ac si quæ aliæ rogatæ fuerint a Cancellario Episcopali, tanquam illius Curie Cancellario, separe a scripturis Archivii communitatis, et ad Cancellariam ipsius Episcopi deferendas cures; quod pro tua diligentia sedulo efficies, et bene valebis in Domino.» Romæ, 19 Sept. 1625. Et exinde enumeratis omnibus scripturis pertinentibus ad Curiam Episcopalem, sic præcise respondit: « Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit scripturas expressas, ac si quæ aliæ rogatæ fuerint a Cancellario Episcopali, tanquam Cancellario illius Curie, esse asservandas in Cancellaria ipsius Episcopi.» Romæ, 15 Novemb. 1625. Vide apud Pignatell., loc. cit., num. 4. (21. Quinimo potest Episcopus per Edictum præceptum facere aliis Notariis, quod exhibere debeant in Cancellaria Episcopali Acta, seu Rogitus, illorumque exemplaria spectantia ad Monasteria Monialium; Sacra Congregatio Episcop. et Regul. in una Eugubina, 31 Januar. 1596.

(22. Cancellarius Episcopi, etiamsi sit Laicus, gaudet privilegio Fori, et exemptione ab oneribus personalibus, præsertim sordidis; Sac. Congregat. Immunit. in Cervien. 18 Decembr. 1630, in Beneventana, 21 Januar. 1631, in Aquinatensi 27 Junii 1649. (23. Quamvis extra Diocesim delinquat, adhuc gaudet privilegio Fori. Ead. Sac. Congr. in Fundana 25 Novemb. 1636, lib. III Decr. Pauluc. 37. (24. Intellige tamen dummodo tempore carcerationis actualiter inserviat, Ead. Sac. Congr. in Sarzanen. 3 April 1626, ex regest. scrip. ant., pag. 100. (25. Hinc Cancellarius Episcopi et alii de ejus familia sine Episcopi licentia non sunt molestandi pro custodia portæ Civitatis. Eadem Sac. Congr. in Pisaren. 22 Junii 1630, lib. II Decret. Pauluc., pag. 51. (26. Cancellarius Curie et Mensæ Episcopalis, qui non vivit expensis Episcopi, seu non est ejus commensalis, gaudet quidem privilegio Fori, et exemptione a personalibus; sed non ab oneribus realibus, et mixtis, nisi concurrat legitima consuetudo ad ejus favorem. Eadem Sacra Congreg. in Montis Regalis 7 Septemb. 1638, lib. III Decr. Pauluc., pag. 75; in Aquinat. 23 Junii 1648, lib. IV Decr. Pauluc., pag. 59; in Forosempronien. 28 April. 1671, lib. I Decr. Altoviti, pag. 546.

(27. Cancellarius Foraneus Archiepiscopi gaudet privilegio Fori; Sac. Congreg. Immunitatis, in Firmana 13 Januarii 1632, lib. II Decr. Pauluc., pag. 67. (28. Idem decretum fuit de Cancellario Abbatis. Eadem Sacra Congreg. in una Nullius S. Mariæ de Balneo, 15 Junii 1638, lib. III Decr. Pauluc., pag. 64. (29. Cancellarius Foraneus Curie Episcopalis admittendus est ad Magistratum sæcularem, ne libertas Ecclesiastica præjudicetur, ita tamen, ut quoad pertinentia ad Officium Magistratus, non gaudeat privilegio Fori. Eadem Sacra Congregat. in Lauretana, 14 Maii 1657, lib. I Decr. Altoviti., pag.

1098; in Tudertina 14 Maii 1676, ibi pag. 1252. (30. Cancellarius Vicarii Foranei gaudet tantum privilegio Fori. Eadem Sacra Congreg. in Senogalliensi 19 Augusti 1639, lib. I Decr. Paul. p. 55; in Æsina 7 Augusti 1637, lib. I Decret. Rocci, pag. 21; in Urbeveta 8 Aprilis 1687, lib. Decret. Mart., pag. 663; in Imolen. 19 April. 1695, lib. I Decr. Vallem., pag. 183.

(31. Cancellarius S. Officii censuratus ob recognitionem Cadaveris factam in loco immuni, cessata dicta recognitione, absolvitur; Sacra Congregat. Immunit. in Narnien. 7 Maii 1678, lib. II Decret. Altoviti., pag. 1577. (32. Cancellarius, et alii Officiales Curie Laicalis facientes recognitionem corporis cadaveris præcipitati in puteo cortillis contigui habitationi Vicarii Generalis, non incidunt in Excommunicationem, attento quod Vicarius dixerit, talem recognitionem non spectare ad ipsum, sed ad Curiam Laicalem; Sac. Congreg. Immunit. in Albanen. 24 August. 1694, lib. I Decret. Vallem. pag. 140.

#### ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(33. Cancellaria Apostolica, an et quomodo possit supplere in Litteris Apostolicis id quod est omissum in supplicatione, tradit Rigant. in regul. 27 Cancell. n. 76 et plur. sequent.

(34. Idem Auctor in regul. 72, fere per tot. docet quoque, in quibus Cancellaria Apostolica possit Litteras Apostolicas corrigere.

#### ADDITIONES NOVISSIMÆ.

(35. Cancellaria, vox barbara, usurpata olim est pro loco, ubi publicæ litteræ a Scribis Principum et Magistratum conficiuntur. (36. Hinc Cancellarius juxta Budæum dicebatur, cujus primæ erant partes videre ut nulla Principis Constitutio, nulla Sanctio, nullum Rescriptum, nulli Codicilli Regii, e Republica atque etiam a dignitate Reipublicæ, principalique non exeant. (37. Legitur quoque in Ecclesiis Cathedralibus jampridem munus Cancellarii fuisse, sigilla ad causas et negotia conferre, litteras Capituli facere et consignare. (38. In Jure vero Canonico, Cancellaria accipitur pro loco ubi acta judiciaria scribuntur; et qui præest, Cancellarius dicitur, cujus officium valde antiquum in Ecclesia esse probat Cobellus in Notitia Card. cap. 16 et 20. (39. Licet autem Cancellarius apud veteres Scriptorum acciperetur pro Notario, qui inter Cancellos consistens Judicium litteras, responsa, et edicta scribebat, tamen in Jure novo frequenter accipitur pro dignitate Ecclesiastica. (40. Quando Cancellarii munus ad eam pervenerit eminentiam et prærogativam in qua hodie in Romana Curia conspicitur, non omnino constat. Ejus tamen originem discutientes tradunt post tempora Innocentii III, inventam et erectam fuisse. (41. Cancellarii munus tunc exercuisse constat privatæ sortis homines, sed probitate et eruditione spectatissimos. (42. Progressu temporis sub Bonifacio VIII, dignitatem Cancellarii uni ex Cardinalibus tributam indubitatum est. (43. Cardinalis eo munere fungens non dicitur

Cancellarius, sed Vicecancellarius. (44. Credit verisimilius Cardinalis de Luca, sic dici cœpisse, quum dignitas Cardinalitia ad tantum fastigium elevata est, ut non videretur dignitati Cardinalitiæ congruere assumere officium inferius, sive Prælatitium, quod tamen provisionaliter, seu jure ejusdem commendationis per Cardinalem administrari sit incongruum, quemadmodum et in munere Datarii praxis docet. (45. Vicecancellarius habet fixum titulum Cardinalitium, scilicet Ecclesiæ Collegiæ S. Laurentii in Damaso. (46. Primaria et gravius Sedis Apostolicæ negotia, publica et solemnia, qualia sunt Consistorialia, per Vicecancellarii manus transeunt, adeo ut is dicendus sit cum quadam proportionem Cancellarius Papæ. (47. Plures habet Vicecancellarius Officiales, quos inter primarius est ille qui Cancellariæ Regens dicitur, qui revidet Bullas expeditas et promulgatas, et si quis error irreperit, eum corrigit. (48. Cæteri Vicecancellarii Officiales Prælatiuram annexam habentes, sunt Præsidentes de majori, vel minori Parco, ita dicti a loco Cancellariæ, in quem conveniunt, qui vulgo Parcus dicitur. (49. Prælati de majori Parco Cancellariæ quoddam quasi tribunal constituunt, in quod collegialiter convenientes decidunt dubia, quæ oriri contingit super litterarum formula, vel clausulis et Decretis in eis adficiendis, ac etiam super emolumentorum sive jurium solutionibus. (50. Prælati de minori Parco Cancellariæ exiguum habent jurisdictionem, in id unum intendentes, ut Bullæ ferantur et tradantur Prælati de majori Parco. (51. Scriptorum et Abbreviatorum, alique expediendis in Cancellaria Romana litteris præpositi, omnes participant in juribus illis et emolumentis, quæ Taxæ Can-

#### SUMMARIUM.

1. Candelarum benedictio in die Purificationis B. M. V. et earum dispensatio inter Parochiales functiones connumerantur, ac proinde ad proprios Parochos spectant. — 2. Ipsarum tamen Candelarum benedictio, et distributio potest regulariter fieri in omnibus etiam Ecclesiis Collegiatis, tam sæcularibus, quam Regularibus. — 3. Candelas benedictas in

(1) Romanum Antistitem in Ecclesia universali Primatum habere, fidei dogma est tenendum. Atqui hinc consequitur ipsi primario competere jus de beneficiis disponendi ac concedendi. Et quamvis Episcopis hanc indulserit potestatem, tamen ipsis ita concedere non potuit illam facultatem, ut amplius vel restringere vel immutare non potuerit. Neque ratione tantum universalis administrationis primatialis potuit Pontifex ordinationes majorum, uti loquitur Petrus de Aliaco, et electivarum Dignitatum, ac collationes aliorum Beneficiorum sibi ac Sedi Apostolicæ reservare, verum etiam ex speciali causa, ratione materiae subjectæ; inferiores nimirum electores, ac ordinarii Collatores in electionibus et collationibus jure abutebantur suo. Sunt et aliæ rationes ac causæ quibus moti fuere Pontifices ad reservationes faciendas quas præ cæteris expendit illustratque Rigantius Com. in Rubric. Reg. I. Cancell. Falsum ergo est inprimis Regulas Cancellariæ juri

cellariæ Apostolicæ communiter dicuntur. (52. Horum jurium auctorem fuisse Joannem XXII, patet ex ejus Extravagante, quæ incipit, *Quum ad Sacrosancta*. (53. Habet Vicecancellarius sive Cancellaria quasdam a Pontificibus Regulas, juxta quas ipse Vicecancellarius, ejusque Officiales negotia ad Cancellariam spectantia, nec non litteras necessarias, gerere et expedire debent, quæ propterea Regulæ Cancellariæ vocantur. (54. Hæ Regulæ perpetuæ non sunt, sed morte Pontificis extinguuntur. (55. Ideo singuli Pontifices altero suæ Assumptionis die eas de novo evulgant, idque nonnunquam novis Regulis additis, vel antiquis immutatis, vel etiam subinde aliquibus expunctis et omissis. (56. Regulæ Cancellariæ Juri Novissimo merito accensentur; nulla enim in Decretalibus Gregorii IX, aliisque Collectionibus Corpori Canonico inclusis, earum mentio occurrit. (57. Comptum est primitus, et usque ad tempora Nicolai V, Regulas Cancellariæ unice pene respexisse formam expediendi litteras et judicia in Cancellaria reddenda. (58. Sed quemadmodum progressu temporis hæ Regulæ a Romanis Pontificibus sensim, et diversimode auctæ fuerunt, ita ad eum statum sunt perductæ, ut etiam ad reservationes Beneficiorum, similesque materias extra Cancellariam se tandem extendant. (59. Hæ Regulæ Cancellariæ juxta indubitatum et notoriam praxim nihilominus non habentur ut leges generales, mox ut in Cancellaria Romana stylo Curie consueto fuerint publicatæ; (60. sed omnis earum obligandi efficacia desumenda est ab earum in aliis Provinciis et Regnis receptione et Regio placito. (61. Hinc notorium est in una Provincia plurium, in alia pauciorum istarum Regularum Cancellariæ usum esse (1).

#### CANDELA.

die Purificationis B. M. V. ad ædes sæcularium Parochi transmittere non debent, sed juxta laudabilem, et observatam ab Ecclesia universali consuetudinem, in Ecclesia populus eas recipere tenetur. — 4. Benedictio et distributio Candelarum, Cinerum, et Palmarum, absente vel impedito Episcopo, pertinet non ad Hebdomadariam, sed ad primam Dignitatem. — 5. Episcopus non debet prætermittere dare Can-

Principum et Ordinariorum derogare. Item falsum est istas Regulas legis generalis non habere vim, statim ac a Romana Curia publicantur; namque amplius dubitari nequit Regulas post novi Pontificis confirmationem obligare, etiamsi nondum sint publicatæ. Id enim probatur ex ipsis Præmissis Regular. verbis ubi dicitur: *Ex tunc, licet nondum publicatas. . . . . observari voluit*. Probatur quoque ex consuetudine optima legum interprete, usus enim obtinuit ut Episcopi nullatenus audeant conferre beneficia in illis Regulis contenta, cum Regulæ sint decreto irritante munitæ. Novimus vero Regulas istas ubique vim obtinere, sed id quoque novimus non ideo vi carere quia diversis in Regnis non acceptantur, sed quia his derogatum est per pacta, seu uti vulgo dicuntur *concordata*, convenia Romanos Pontifices inter et potentissimos Europæ Principes. (Edit. Cast.)